τὸ δ, metitur etiam $\delta\alpha$, Ex hypothesi vero non metitur τὸ n, ergo non metitur τὸ $\delta\alpha + n$ hoc est non metitur τὸ D, ergo non est communis divisor, τοῦ δ, et D. Si a metitur neutrum non metitur etiam τὸ δ, ergo non metitur τὸ D, et δ, et non poterit esse communis divisor τοῦ δ, et D. Atque ita in nullo casu est a communis divisor τοῦ δ, et D, si non est communis divisor fractionis $\frac{n}{\delta}$.

Positis iisdem, si a est communis mensura divisor, τοῦ $\frac{n}{\delta}$, erit etiam communis mensura divisor τοῦ D et δ. Ex hypothesi a metitur τὸ δ, hinc metitur etiam ob α integrum, hypoth: τὸ $\delta\alpha$ / cum praeterea metiatur, ex hypothesi τὸ n, metitur etiam τὸ $\delta\alpha + n$, et ob $\delta\alpha + n = D$ hypoth: a metitur τὸ D, et hinc utrumque tam δ quam D, hinc est communis mensura τοῦ δ, et D.

Positis iisdem, si a est maximus divisor communis τοῦ $\frac{n}{\delta}$, erit etiam maximus divisor communis, τοῦ δ, et D. Ex hypothesi a est maximus divisor communis, τοῦ $\frac{n}{\delta}$ ergo quilibet numerus, qui major est, quam a, non metitur τὸ $\frac{n}{\delta}$. Qui vero numerus non metitur τὸ $\frac{n}{\delta}$, non metitur τὸ δ, et D ergo τὸ δ et D non potest habere majorem communem divisorem quam numerum a, qui est divisor communis maximus τοῦ δ D.

Numerus, qui major est alterutro num eorum constituentium fracturam hoc